

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Deus r
cum fonte primo

Deus non partibus constat ut corpus,
non affectibus distat ut anima,
non formis substat ut omne quod factum est.

Nunquid uerendum ne cogitatio transuolet illum?
Quantumcumque in altum proficiat ultra est.
Infra quod homo cogitare possit,
altissimum querere, ridiculum est; statuere ipsum.
Ultra non citra querendus est.

Bernardus ibidem (de consideratione libro V.).

Non partibus constat, ut corpus;
non affectibus distat, ut anima;
non formis substat, ut omne quod factum est,
sed neque formae, ut istis visum est.
Magna laus videlicet Deo, ut se ab informitate
vindictet forma una esse contentum:
hoc est dicere cetera pluribus,
Deum non nisi uni debere quod est.
Quid? Cuius beneficio sunt quae sunt,
ipse pro suo esse alteri benefico inclinabit?
Laus ista, ut vulgo dicitur, blasphemiam valet.
Annon pluris est nullo indigere quam uno?
Habe reverentiam Deo, ut quod pluris est, illi tribuas.
Si cor tuum usque huc ascendere potuit,
Deum tuum infra quomodo collocabis?
Ipse sibi forma, ipse sibi essentia est.
In hoc interim gradu suspicio illum,
et si alter potior appareret, illum potius darem.
Numquid verendum, ne cogitatio transuolet illum?
Quantumcumque in altum proficiat, ultra est.
Infra quod homo cogitare possit,
altissimum quaerere, ridiculum est; statuere, impium.
Ultra, non citra quaerendus est.

Bernardus Claraeuallensis, *De consideratione libri V.*,
5.7 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., p.480, ll.8-21).